Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



144

enim capita uel decem cornua ñ numero sed significatione uniuersitatis inuenimus. Et sup capita eius nomen scriptum blasphemie. Quia maxime potentatus istius seculi blasphemat dñm et uerbo et opere. Blasphemauit autem ipse dñm et tabernaculum et nomen eius. sicut in sequentib; inuenim. Facient autem etiam et eius membra. quia ea placere cupient. De hac blasphemia dicit apls. Qui aduersatur et extollitur supra omne qd dicit ds aut qd colitur: ita ut sedeat in templo di ostendens se tamquam sit ds. et membra eius adorabunt eum. quia honorem illi diuinum dabunt. Et quia bestia ñ solum m̃ caput sed omne quoq; eius figuratur corpus. subditur: Et bestia quam uidi similis erat pardo. et pedes eius sicut ursi. et os eius sicut os leonis. Pardus e bestia pulchrissima atq; impacientissima. et uarietate cunctis distincta color: Ursus quoq; rapacissim̃ e. primum pedibus conculcat et comminuit. et sic omnia deuorat. Leo uero terrore suo rugitu omnib: bestiis inmittit. Et cum sit fortissimus bestiarum atq; ad nullius pauet at occursum. tamen insidiando predam sibi prripit. Tales sunt utiq; pagani heretici. et ceteri qui ad corpus antixpi pertinent. In uarietate siquidem pardi diuersitas nationum ostendit. que illi credituri e. uel etiam multitudo diuiciarum. quib; ille suos ornabit subiectos. uel certe omnium hypocritarum atq; omnium reprobarum. fictq; actiones quibona que faciunt semp uideri cupiunt. ut laude